

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Foertsch Carl Lembke

**Meditatio De Origine Scripturae Sacrae, Prout Ea Lumini Naturae Conveniens
Est, Ubi Huetii Inprimis Et Conringii Sententiae, De VI Argumentorum, Hic
Instituendorum, Expenduntur : Loco Disputationis Ordinariae, In Ingressu
Professionis Publicae, Ex Officio Habendae**

Durlaci: Müller, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787861782>

Druck Freier  Zugang



et E.
et Gi.
et H.
245 Fav
46p
47p
et C.
et P.
22p
96p
64p
Pr. 50p
31p
et 12p
et 7. et 8. et 9. et 10. et 11. et 12. et 13. et 14. et 15. et 16. et 17. et 18. et 19.

A. A. C 52 b. 6.
et A.
et B.
et A.
et A. C.
et C.

80.



Fa-1092(80)

In Tomo hoc XXXVII. sunt

1. Jo. Schmid de Peccato. ad 1. Jo. III, 4.
2. — De liben Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de Script. S. ad 2 Pet. I, 19-20. 21.
4. D. Damhaueri Aethica Sancta sui vindicta.
5. Jo. Faust pvt. de notione divina art. XVII, 28.
6. D. Georgij Hæberlini fascic. chyrha. Cant. I, 13.
7. Andreas Vrinius ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de vita Eterna.
9. Christiani Detz. ollanipulue Physi Practicu sub B.
Suscemamo propitariu.
10. D. Martin Geijers conformitas Rudeo Papstionis
Divina de Deo Angelis & Homine.
11. Christoph Laur. cheelührer p. th. de Chiaro.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Persequitione Venetiorum.
13. Gabrielis Wedderkopf de Athetismo Ponianoru.
14. Michael Fœustsch de Seoum naturalium origine
15. — De ordine Script. prout ea sum. Nat. conve-
16. c. Jo. Fecht de Judie Controversiarum.
16. a. — De Trinitate
16. b. — De Ant. Christo
17. — De generatione sanctoru
18. — De Luyatono.
19. — De communione sub utraq.

20. D. Joh. Ficht de Mysa.
21. —. Des sacramentis.
21. —. De vocatione Ministeriorum Ecclesiae.
22. —. De Celibatu eundem.
23. —. De Peccato.
24. Hoornbeek de Theologie Praxi:
25. —. Sans postenor.
26. —. de Tentatione Dei.
27. —. De Autoritate N. T. test.
28. —. De Picciate.
29. —. De Devotione.
30. —. De Meditatione Sacra.
31. } —. De Studio verbi divini:
32. } —. De Studiis verbi divini:
33. —. De scrysu divinae gratiae.
34. —. De Fiducia in Deo.
35. —. De Gaudio spirituali.
36. —. De Felicite.
37. —. De Christo.
38. —. De Ascensione Christi:
39. —. De Gloriâ Christi celesti:
40. —. De Spiritu S.
41. } —. De Providentia.
42. } —.

42. } Floornbeck de Praedestinatione.
43. }
44. }

44. — . De Sabbatho.

45. — . De Ministerii acceptione.

46. — . De syamine Ministerorum.

47. — . De lorum officiis.

48. }

49. }
50. } — . De Clericis et hiorum vita.

51. }

52. }
53. } — . De Fædere carthaginio.

54. } — . De mundo.

55. } — . Ad Matt. xxiii, 37.

56. } — . xl, 20. 21.

57. } 905. Cocreji de Divinitate Script.

58. } — . de Perfectione Script.

59. }
60. } — . de Fædere gratiae et Veteri et N.T.

61. }
62. } — . de Logionis Ag est.

63. }
64. } — . De statu Humilitatis eius Christi:

65. Jo. Cocaji de Receneratione et Resipiscantia.
66. — De oblatione Christi.
67. Wettsteinij. De unionis Personalis in Christo Forma,
Fine effectio. etc.
68. — Aliae Gernleri de Forma Unionis Personalis
in Christo.
69. — De Proprietatibus Dei.
70. — De Peccato in Spiritum S.
71. Wettsteinii de Praedestinacione Bonorum et malorum.
72. Gies et Collegam Syllabus Controversiarum

V.

15.

MEDITATIO ^{DE} ORIGINE SCRIPTU- RÆ SACRÆ,

PROUT EA LUMINI NATURÆ CONVENIENS EST;

UBI
HUE TII IN PRIMIS ET CONRINGIE
SENTENTIAE, DE VI ARGUMENTORUM, HIC IN-
STITUENDORUM, EXPENDUNTUR:

LOCO DISPUTATIONIS ORDINARIAE,
IN INGRESSU PROFESSIONIS PUBLICÆ,
EX OFFICIO HABENDÆ,

PRÆSIDE

MICHAEL FÖRTSCHIO,
S.S. THEOL. LIC. SERENISS. PRINC. FRIDERICO
MAGNO, MARCH. BAD. A CONCIONIBUS AULI-
CIS, INQUE ILLUSTRI GYMNASIO THEOL.
PROF. ORDIN.

RESPONDENTE
CAROLO LEMBKENIO, DURLAC.
PROPOSITA

AD D. 31. Ian. FEBR. HAR. M DC LXXXIV.

DURLACI,
TYPIS MARTINI MÜLLERI.



S E R E N I S S I M O .
P R I N C I P I .
C A R O L O . W I L H E L M O .
M A R C H I O N I . B A D E N S I . E T . H A C H B E R G E N S I .
L A N D G R A V I O . S A U S E N B E R G E N S I .
C O M I T I . S P O N H E I M E N S I . E T . E B E R S T E I N E N S I .
D Y N A S T Æ . R O E T E L E N S I . B A D E N W I L E N S I .
L A H R E N S I . E T . M A H L B E R G E N S I .
F R I D E R I C I . M A G N I .
P A T R I Æ . P A T R I S . O P T I M I . M A X I M I .
F I L I O . P R I M O G E N I T O .
M A X I M O R U M . O R B I S . H E R O U M .
A N T I Q U I S S I M Æ . P R O S A P I Æ . P R I N C I P U M .
A V I T A R U M . P R Ä C I P U E . V I R T U T U M .
E T .
P A T E R N A R U M . P R O V I N C I A R U M .
H Ä R E D I .
I N . G E R M A N I Æ . G L O R I A M .
E T .
P A T R I Æ . S P E M . N A T O . F A C T O Q U E .
D O M I N O . S U O . C L E M E N T I S S I M O .

Itas studiorum suorum primitias,
cumque illis,

se, suaque studia & obsequia
devorvet & consecrat

SERENITATI EJUS à primis Studiis.
atque

eternum subjectissimus Cliens.

C A R O L U S L E M B K E , R e s p .



DE SCRIPTURÆ S. ORIGINE

prout ea Lumini Naturæ conveniens est.

I.

Cooperat Benignissimum NUMEN Genus hum-
manum in iis, quæ creditu ipsi factuve erant necessaria,
instruere, partim afflatu quodam instinetuve interno, par-
tim verò alloquio : quo semel instituti mortales, Doctri-
nam salutiferam ad posteros sermone facile propagaverunt. Nam
& DEUS, vel assumpto corpore, vel alegato Angelo, antiquam mo-
nitia erga sanctam dilectamque sibi gentem subinde confirmavit illu-
stravitque amplius, & proiectior ætas, qua isthoc ævo gaudebant
homines, continuanda oretenus sanctæ Doctrinæ mirificè profuit.
Atque sic inde ab ortu Mundi usque ad Mosen per bis mille & qua-
dringentos annos isto modo Sancta Doctrina tradita est. Nam
quæ curiosissimus Kircherus, in *Obelisco Pamphilio*, & ex ipso vir Do-
ctissimus Joh. Joach. Maderus, in *Dissert. de Scriptis & Bibliothecis Ante-
diluvianis* referunt de Scriptis Adami, nequaquam firmo ac idoneo
nituntur testimonio : quemadmodum nec illa, quæ de *Sethi*, *Enosi* ac
Enochi Scriptis apud Maderum proponuntur, utpote quæ potius ad ex-
ornandum argumentum instruendasque Bibliothecas ante diluvium,
speciosius, quam ad demonstrandam veritatem adduxisse virum, na-
turæ Fidei Historicæ aliâs peritissimum credibile est, quanquam non
omni probabilitate rationes istæ destituantur. Ut nec illæ, quæ apud
alios, qui in literaturæ originem sollicitius inquisiverunt, reperiuntur,
quam in rem videndus omnino est Vir doctissimus Thomas Bangius in
tr. quem inscribit: *Cœlum orientis & prisci Mundi*: qui tamen & ipse
non immerito, Mosen primum libros evulgasse, cum aliis sentit: idem
qui l. c. monumenta antediluviana ut & postdiluviana ante Mosen

A

haud

haud genuina esse, prolixo docet. Sed & Vir πολυμαθεῖταις Petrus
lib. i. c. 3. Lambetus in *Prodromo suo Historia literaria* omnia scripta antediluviana; quæ vel olim jactavere, vel adhuc dum circumferuntur, sup-
integro. posititia esse, solidè ostendit, quæ autem ab hæreticis pridem sunt pro-
lata, passim à criticis aliis percensentur ac rejiciuntur. Molen verò sacra-
dogmata primùm scriptis consignasse, neque ex aliis hominum mo-
numentis illa haussisse, veteris jam Ecclesiæ Doctores nonnulli opero-
suis demonstravere, nominatim Eusebius in aureo opere de *Prapara-
tione Evangelica*, Augustinus in πολιτικοτάτῳ de Civitate DEI, Elegan-
tissimus Lactantius in *Institutionibus divinis*, & alii.

X. 3.
XVIII,
IV. 5.
seqq.

^{37.}
II.
Nimirum, ubi terminus vitæ mortalium constrictior erat, ac fi-
delium cœtus passim per orbem se diffundebat; convenientior haud
dubie ratio transmittenda ad posteros Doctrinæ Sanctæ erant literæ
utpote fidelis custodia memoriarum rerum gestarum, uti Livius scribit.
Itaque à Mose primum aliisque deinceps sanctis DEI Viris, Prophe-
tis, postea Evangelistis ac Apostolis scriptis sunt comprehensa credenda &
facienda, liceat variis rebus ac historiis interposita. Quæ scripta, quo-
modo à Fidelibus inde à Mose usque ad Apostolos ejusmodi sint ha-
bita, è quibus de credendis & agendum constare debeat, eleganti ac pro-
lixo instituto ostendit Theologus nunquam satis laudatus, Martinus
Chemnitius in *Examine Concilii Tridentini* part. I. ferè subinit: Ceterum
ea ipsa monumenta, quæ salutiferam doctrinam dicta ratione com-
pleteantur, non humano sed divino hortatu instinctive esse consigna-
ta, Deumque, quæ ibi scripta sunt, inspirasse, Christiani sumus per-
suasissimi: nec dubitamus, hos ipsos libros, unde hodienum sacram
Doctrinam repetimus, Divino Numinis memorato modo recte ad-
scribi, ac propterea omnes simul Scripturam Sacram propriè voca-
mus: modo loquendi ipsis ictibus libertate usurpato. Scripturam enim
vocat Paulus II. Tim. III, 16. & in numero plurali *Scripturas Sacras*,
Rom. I, 2. à DEO nempe, qui ipsa Sanctitas: à Sacro argumento,
utpote mysteriis ac sanctis præceptis: item à fine, qui facer est, *Fides*
& vita eterna juxta illud: *Hec scripta sunt, ut credatis, &c. & creden-
tes vitam habeatis*, Joh. XX, 31.

III. Enim-

III.

Enimvero parum decorum foret Christianorum professioni, vana duntaxat persuasione niti, in tanto præsertim salutis suæ momento. Neque non rationes sententiæ fecus sentientibus sunt expónendæ, aut qui nulla prouersus sanctissimi illius Codicis imbuti cognitione, ad qualemcumque saltim ejus venerationem lectionemque adducendi. Fuere autem jam pridem Hæretici qui Divinam isthanc Scripturæ originem penitus ivere destructum. *Simon Magus Hæreticon Princeps*, ut ipsum vocat *Irenæus*, jam tum I. Seculo à N. C. *Malii* cuiusdam DEI, ceu *Præsidis Instrumenti* veteris, *principatus* alios *Mosis*, alios *Davidi* &c. *inspirasse extantia scripta*, impie asserebat, omnemque qui veteri *testamento* credit, mortem subire, teste Scriptore Hæreticon antiquissimo, *Irenæo*: ac post ipsum *Epiphano*, in operibus de Hæresibus, ubi de Simone Mago agunt. Conferatur *Mich. Siricii* Dissertatio de *Simone Mago* haud contemnenda.

SATURNILLUS deinceps, ut eum vocant *Epiphanus*, & *Theodoreetus*, vel ut *Irenæus*, *Tertullianus* & *Eusebius*: *Saturninus*, propago Simonis, sub finem ejusdem Sec. quosdam è veteribus Prophetis, quorum *Scripta pars V. T.* à Sathana esse, fingebat. *Epiphan. Theodoreetus*.

EBIONI ab Ebione dieti, circa eadem tempora rejiciebant quædam *Canonica V. & N. T.* tanquam non à D E O provenientia, & illa quæque quæ admittebant, ita ut quædam rejicerent, teste *Epiphanio*. In N. T. solum *Evangelium Matthæi*, uti *Cerinthus* eo usus est admittebant. *Irenæus*. E. recentioribus *Alphonsus de Castro*, conferatur, item Viri in hoc studiorum genere præsertim laudandi *Mich. Siricii* disserr. de *Ebione & Ebioneis*, Anno 1668. habita.

Seculo II. *Valentiniani* à *Valentino* Ægyptio dicti *Prophetas in V. T. explodebant*. Augustinus ad *Quod vult DEUM*.

Seculo III. *Manichai* à *Manete* dicti inter alia docuere: *Vetus Test. à Diabolo* sive *Principe tenebrarum* esse compositum N. T. libros autem ab iis, qui cum *Judæorum Lege* *Evangelium* miscere cuperunt, corruptos esse. Conferatur denuo *Siricii de Manichæismo A. 1656.* in lucem edita dissertatio.

Sunt vero *hodiendum Fanatici*, & *Athei*, qui vel omnino existentiam DEI, vel saltim originem S. Scripturæ Divinam negant, Principia

cipia unicè naturalia à DEO esse, persuasi, quo pertinent, *Naturalia*, quos vocant, nominatim Baro Anglus *Herbertus de Cherbury*.

IV.

Itaque & Christianos de origine Divina Scripturæ persuasos, firmo fundamento niti oportet, & illis, qui à nobis dissentunt, aut queis de Codice isto haudquicquam constat, lectio ejusdem subinde commendanda, divinæque originis Indicia colligenda sunt. Hinc duplex argumentorum genus oritur: eorum, quæ *opinionem* tantum, aut *Fidem*, ut vocant, *humanam*, faciunt: quæ *humana* dicitur, quia testimonia humano aut qualicunque alia ratione probabili nititur. Alterum genus eorum, quæ *fidem* generant *Divinam*, ita dictam ab ultima itidem assentiendi ratione, quæ est *Divina Revelatio*. Prius illud iterum dispescunt in *interna* & *externa*, seu ut alii loquuntur, in *insita* & *assumpta*, quamquam *insita* nonnulli ad ea referant, quæ *Fidem* generant *Divinam*, utpote quæ sint quoad rem ipsa *Scriptura* tanquam *principium indemonstrabile*, & *revelatio ipsa*, in quam ultimè omnis veritatis *Divina* àës terminetur. Veluti *lux S. Scripturæ* in *mysterio*, *Harmonia*, *Sanctitate*, *complementis vaticiniorum* &c. quam in rem vid.

Phœn. B. *Dannhayverus* in *Hodosoph.* Quo ipso tamen ab aliis, qui *insita* seu *interna* fidem tantum humanam facere afferunt, nequaquam differunt, si rem spectes: Hi enim, qui non nisi humanam efficere fidem interna seu insita argumenta dicunt, non aliter ista considerant, quam prout ultima eorum vis in convenientia cum *recta* ratione ponitur, at reliqui, uti eorundem ratiō ultima ac vis constituitur in ipsa revelatione, prout ea conjunctam habet vim ac virtutem *Divinam*. Ita memoratus antea *Dannha* l. c. Prioris respectū exemplum reperias apud B. *Museum* in *Introduct. in Theolog.* Alii adhuc aliter progreduuntur, & triplex genus argumentorum faciunt, *Criteriorum* in Part. II. cap. V. Sect. I. S. S. deprehensorum, *Testimonii interni*, & *Testimonii externi*, hominum integræ, nempe de *Scriptura* testantium, præ qua tamen docendi methodo prior illa commodior videtur, tum quod *dixorūia* ad docendum regulariter accommodatior, tum quod hīc rationes fidem humanam facientes, ab eo, unde fides *Divina* provenit, manifestius distinguuntur.

V.

Jam quod argumenta *interna* seu *insita* *Scripturæ*, prout ea
conve-

convenientiam cum recta ratione habent, attinet, eorum quædam
è ratione & modo scribendi, sacris libris usurpato, alia è *rebus* ipsis pe-
tuntur. Primum genus in eo consistit, quod singulari plane ratio-
ne stilus ac modus scribendi se habeat in Scriptura: non quod à
communi loquendi aut scribendi consuetudine illa distet, neque quod
singularis plane sit elegantia sermonis, verborum ornatus, artificio-
sa connexio, & similia, quæ apud profanos subinde reperiri non est
dubium, à quibus autem Apostolus manifestò suam scribendi ratio-
nem separat, quando ait: *Sermo meus & predicatio mea non in persua-
soriū humana sapientia verbis est*, I. Cor. II, 4. Quin potius in *simpli-
citate* quadam ac *gravitate* S. Scripturæ vis argumenti posita est. Nam
cum ea, quæ ab homine credenda asseruntur aut facienda, (nisi sit
subjectum Majestate instructum,) rationibus aut testimoniosis sint fir-
manda ac illustranda, in Scriptura vero mysteria simpliciter asseren-
do & præcepta injungendo proponantur, addita asseveratione, Deum
hoc dicere, veluti passim apud Prophetas: *Dictum Domini, Jehovah
inquit &c.* credibile est, ejusmodi Scripturam non ab hominibus,
sed à DEO provenire, utsi potest cui soli absolute & fides habenda &
obedientia præstanda est ab omnibus hominibus. Cum vero nihilo-
minus fieri queat, ut homo nequam sua commenta DEI nomine
obtrudat ac Divino more quodammodo loquatur; patet utique,
non absolutæ necessitatis esse isthac argumentum, sed aptum dun-
taxat ad opinionem generandam, eò profuturam, ut incredulum
determinet atque legendam Scripturam inducat; si præsertim adda-
tur: ex ipsis Sacrae Scripturæ libris, qui sancta merè dogmata ac præ-
cepta continent, manifestum esse, haud à malitiosis hominibus, or-
bem decepturis eos esse scriptos, unde, si in aliis futilebus scriptis ejus-
modi fraus sit, de ea facile subolerere è contentis authorumque ipso-
rum nequitas. Aliter vero judicandum est de simplicitate ista ac
gravitate prout in verbo conjunctam habet ipsam DEI virtutem, ali-
ter utique de testimonio DEI in S. Scriptura loquentis, prout illud
instrumentum quoddam est operationis Spiritus Sancti. Sic enim
omnino fidem Divinam facit hominemque penitus confirmat, Deum
esse, qui ita loquitur, isto modo per homines scribit, quique, se lo-
qui, de semetipso testatur. Quod si observatur; de consensu Theo-
logorum, utut diversimode hic loquentium constabit. Si quis ta-

A 3

mena

men lites super isthoc argumento tratas explorare sollicitius cupiat;
adeat Jo. Musci Explic. Fundamentalem controversiarum ipsi motarum,
systematis Calov. Tom. VIII. & Musicanas vindicias deinceps secutas, in
tr. de syncretismo. & s. s. questionibus.

VII.

Si res sensumque spectemus; diversa ruffus emergunt argumen-
ta: vel enim consideramus illas *in se*, & sic deprehendimus
mysteriorum, rationem humanam quam longissime excedentium
profunditatem, & præceptorum admirabilem Sanctitatem. Sin eas
inter se comparamus; una parte *admirandum scriptura consensum*,
altera *vaticiniorum complementa* animadvertisimus. Quod mysteriorum
concernit sublimitatem, v. g. Doctrinas de Trinitate Personarum in
unitate *essentia*, de *Incarnatione*, de *Redemptione*, *justificatione* per
fidem in Christum, *visione DEI beatitudinis* &c. ea utique captum
humanum longissime excedunt, ac *mystera sunt temporibus aeternis tanta*.
ut Paulus loquitur Rom. XVI. 25. quæ *caro & sanguis* haud revelat
Matth. XVI. unde nec ab humanis animis configi potuisse, credibile
est. Ursere veteres Ecclesiæ Doctores hoc argumentum tantò se-
verius, quanto certius constat, fuisse inter scriptores sacros viros
simplices ac illiteratos rebusque adeo abstrusissimis configendis haud
idoneos. Quæ Sociniani mysteriis his obvertunt, suis quæque locis
à Theologis passim excutiuntur. *Sanctitatem præceptorum* quod atti-
net, sive officia erga DEUM sive nosmet ipsos, sive alios species;
nulla unquam fuit Religio, quæ tam sancta tradat præcepta, quam
libris ipsis continentur. Ostendit autem summatim, adcurate tamen
eximiā illam Sanctitatem Hugo Grotius in elegantissimo libello de
verit. Rel. Chr. II. II. & seqq.

VIII.

Haud minorem probandi vim habet *Consensus Scriptura admi-*
randum, in iis præsertim, quæ supra rationem posita sunt, interque
Scriptores diversissimorum temporum itemque locorum, quibus,
nec convenerunt, nec convenire potuerunt. Huic argumento
confine est alterum à *Vaticiniorum complemento* desumptum, quod
arguit principium supra omnem humanam notitiam ac scientiam
positum.

positum. Res enim merè contingentes, quæque ex libera DEI voluntate dependent, præscire certò ac prædicere, non esse ullius hominis, credibile est. Sunt autem ejuscemodi vaticinia Scripturæ quam plurima, veluti de Christo in carnem venturo, Loco Nativitatis, tempore, de vocatione Gentium ad Ecclesiam &c. Excoluit hoc argumentum ingenti studio Petrus Daniel Huetius in *Demonstratio Evangelica*.

VII.

Quæ exterius Scripturæ accedunt, haud contemnenda itidem suppeditant argumenta, veluti *Antiquitas*, Doctrinæ præsertim in S. Scr. contentæ, de qua potissimum quæstio est, quæque omnes alias in mundo existentes Doctrinas antecedit. Sive enim ea spectes, quæ supernaturalia non sunt, jam tunc in ipsa hominis creatione existere quodammodo cœperunt, sive mystria, v. g. *Trinitatis*, *Incarnationis* &c. eadem ab initio statim homini fuisse revelata, probabile est, idque vel ante vel post lapsum. Cum enim DEUS hominem ad beatitudinem in ipso DEO ceu summo Bono ponendam, considerit; hoc ipsum quoque summum Bonum cognoscendum præbuiisse seque adeò ut verum ac Trium DEUM revelasse vero valde simile est: & verò post lapsum etiam haud minus, quam antea media finem consequendi istum statim exposuisse non improbatum. Hinc Antiquitas Doctrinæ de *Incarnatione Christi*, *Justificatione per fidem*. Jam vero id, quod in unaquaque re prius est & antiquius, verum esse præsumitur tamdiu, donec falsum præexistisse manifesto ostendatur. Ratio assumptionis est, quod veritas cum re, veritatem terminare apta, sit eadem: quæ si cognoscatur, cognitio vera dicitur: præsumitur itaque hæc cognitio prior, quia in rei natura fundatur. Quod si res excedit humanum intellectum; veritas cognitionis dependebit ex revelatione Supernaturali, DEUS autem per bonitatem suam nec potuit nec voluit aliter ea revelare hominibus, quam uti cum intellectu suo Divino convenienter, adeoque vera sunt; atque ita & Mysteria, quia antiquissimæ Doctrinæ pars sunt, itidem vera esse creduntur.

IX.

Succedunt alia argumenta: *Admirandi Scriptura effectus*, veluti
admira-



admirabilis Doctrinæ ibi contentæ per totum orbem propagatio, linguis
præterea & insperata multorum mortalium conversio, quæ
Divinam quandam vim, Deique operationem arguit. Exempla
partim ex *Ethnicismo*, partim *Judaismo* tum antiqua tum recentiora
collegit, addita docta epicrisi, *Georg. Calixtus in Dissert: de Authori-*
tate S. Scriptura inde à §. 30. usque ad 42. Negari tamen nequit,
etiam hæreses nonnunquam latissime serpere brevi tempore, *Arianismus*
certè post mortem Constantini M. totum ferè orbem occupavit,
& per scripta Arianorum complures ad illorum hæresin sunt conversi:
nam & Eloquentiæ & externi objecti haud exiguæ vis est in animos
hominum, nec non DEUS sæpe justo judicio gravissimos errores ac
hæreses sinit grassari. Sequuntur deinceps alia è *Martyris*, *Miraculis*
petita, quorum tamen & ipsorum vis non nisi opinionem aliquam
generare potest: et si enim martyria, prout Theologi ista describunt,
testimonium sicut Evangelicæ veritatis, neque dubitet Christianus,
vera fide prædictus, à Spiritu S. per verbum operante provenire
illam Martyrum constantiam; incredulus tamen sæpe pertinaciam
potius vocabit in errore, ac desperatam malitiam, quam martyrium.
Nec aliter se res habet cum *miraculis*: quamquam enim negari
nequeat, vera miracula unicè à D E O proficiunt, nec fieri possit, ut
falsa Doctrina à DEO per miracula confirmetur; ea tamen à Dæ-
mone effici possunt, quæ miraculis sunt simillima, quæ à veris illis
discernere vel difficillimum vel impossibile est. Attamen inducere
illa posse ac movere, non est dubium. vid. *H. Grotius l. c. p. 212.* Accedit
Ecclesia testimonium, hoc præcipue nervo nixum, quod tot mille mortales,
in quibus ferè flos humani generis consistit, in tam constanti
asserto vix errare queant. Cæterum quod Ecclesia dicitur errare non
posse, id in universum pondus habere potest erga Christianum de
Divinitate S. Scr. jam persuasum: cum vero privilegium istud non
deficiendi à vera fide non singulis individuis, in Ecclesia neque parti-
bus, sed toti ac universalī Ecclesiæ competat, Testimonium autem
Ecclesiæ in universum de origine S. S. nequaquam demonstrativè ac
indubie, sed *præsumptivè* duntaxat è *Concilii & Scriptis Doctorum* haberi
possit; facile patet, etiam apud Christianum hoc argumentum firmæ
demonstrationis locum ista ratione nancisci non posse. Conferantur,
¶ 17. & quæ *B. Hulsemannus* adcurate docet in *Breviario extenso*.

X. Pote-

X.

Poterant singula argumenta prolixius deduci, & alia quoque addi, sed isthac opera pridem defuncti sunt, tum Scriptores de *Ver. Rel. Chr.* tum Theologi, vel in *Introductionibus* suis, vel peculiaribus *de Criticis Scripturæ tractatibus*, nominatum verò *Egidius Hunnius* professo studio in *tr. de Majestate S. Scr.* quare summatim isthac repetiisse sufficerit. Vindicias singulorum acutè & prolixè institutas reperias apud *Job. Museum* in *Introd.* Nos rem omnem breviter arguento constringimus: Qui libri non nisi ratione DEUM decenti sunt scripti, sanctissima insuper precepta, mysteria, supra omnem rationem posita, in se continent, admirando præterea secum invicem consensu, rerum prædictarum in sola DEI voluntate positarum, nec ullo causarum contextu nexuve patentium complementis, antiquitate porro, doctrinæ præsertim suæ, præ omnibus aliis sunt illustres: stupenda humanorum animorum in exquisitissimis cruciatibus constantiam ac fervorem in assertoribus suis efficiunt, & per admiranda ac supra facultatem naturalem constituta opera suorum auctorum innotuere, Testimonium denique divinæ originis à Flore humani generis inde à tot annis nacti sunt: illi merito à Divino Numine, suo modo, provenire censemur. Atqui hi Libri, quos Sacram Scripturam vocamus, ita comparati sunt: E. rectè dicimus: eos à DEO originem habere.

XI.

Opinionem saltim generare posse isthoc probationum genus, dubitari nequit. Neque non una ratio præ alia probabilior est ac evidentior, adeoque & opinio major minorve inde oritur. Si conjunctim omnia sumuntur argumenta; tantò speciosior ac evidentior videbitur probatio, quod media illationis se invicem illustrant. Quò major est rationum probabilitas, eo propius accedunt argumentis demonstrativis, & quò firmior inde redundat opinio, eo propior illa est scientiæ. Illud quoque in liquido positum est, ejusdem rei posse & opinionem & scientiam esse, illam, prout probabilibus, hanc, ut demonstrativis illustratur argumentis. Et, si demonstrationis vox in amplitudine quadam sumatur, prout etiam includit eam, quæ dicitur, quæ imperfectum quoddam demonstrationis genus est; facile etiam quivis haud dubie concederit, instituta antea ratiocinia

B

demon-



demonstrationis nomen utique meteti, scientiam enim saltim imper-
fectam inde provenire; seu opinionem, jam ante possum est. Non
autem omnibus satisfeceris, si alterius non progrediari. Doctissimus
dum vivebat, **Conringius**, qui naturam demonstrationum per omne
doctrinæ genus diligentissime investigabat, in *Epistola ad Frölingium*,
qua de omnis generis demonstrationibus agit, *scriptura Sacra autho-
ritatem firmis demonstrationibus persuaderi posse*, scribit, eodem scilicet
instituto, quo certam ac indubitatem cognitionem, atque adeò & demon-
strationes rerum singularium & civilium reperiri, ibidem afferit, in quo
tamen Doctrinarum genere non negat, hāud aquè iuto ac frēquenter,
uti in Mathematicis, licere demonstrationes instituere. Non subsistit hic
memoratus supra *Huetius*, argumentum enim à *Complemento vaticinio-
rum*, in quod ipse professa operā incubuit, ita vocat *apodictiūm*,
ut isthanc suam demonstrationem non minus certam, quam demonstratio-
nem quamvis *Geometricam*, esse afferat: invehitur deinceps in Geo-
metricas demonstrationes, easque graviter percenset. Idem tamen
deinceps fateretur: cognitionem rerum per sensus & rationem obscuram
esse & fallacem, & ad veri notitiam male fidam & intutam, in præfa-
tione *Demonstrationis Evangelicae*, ubi etiam subjungit: nullas ad ca-
pessendam fidem sufficiere argumentationes; nisi accedat gratia Christi,
cujus solius ope eam fidem consequimur; sine qua juxta Pauli decretum
placere DEO non possumus. Sed & *Conringius*, quamquam Scripturæ authóritatem firmis antea demonstrationibus persuaderi posse di-
xerat, perfectam tamen omnibus numeris fidem ac vere salutarem Di-
vinæ gratiæ beneficium esse, non difficitur. Quamquam igitur de-
inceps scribat: opinionem; si bona & recta, iis, quibus scientia instar
fuerit plane persuasa, sufficiere & satis esse consequenda saluti, non ta-
men exst̄imandum est, ipsummet sibi contradicere, & singularem DEI
gratiam, quam ante requisiverat, hic excludere, sed supponit eam
potius, Demonstrationem vero illam, de qua dixerat, ad salutem fi-
dem absolute necessariam esse, negat.

XII.

Rēcte utique & Sanctæ Doctrinæ prorsus convenienter uter-
que profitetur, absque gratia & Beneficio DEI singulari firmiter
assentiri verbo DEI neminem posse. Quando vero *Huetius* fateretur,
ut an-

ut antea fuit observatum, cognitionem rerum per sensus & rationem ob-
scuram anticipitem & fallacem esse; non tamen per hoc negat, tantam
argumento suo demonstrandi vim inesse, quanta ulli potest, tamque
solidam inde hauriri notitiam, quam homini sensuum & rationis be-
neficio datur. Omnis enim demonstratio ad sensus denique vel ra-
tionem recurrit, unde per Huettium omnis demonstratio obscura, an-
ceps & fallax erit, adeoque ista, qua authoritas Divinæ Scripturæ
e complemento vaticiniorum, aut similibus argumentis probatur, ne-
quaquam peculiari imperfectione aut obscuritate præ aliis laborabit:
& cum hanc ipsam è summè evidenter institui dicat principiis, ean-
dem quoque pro summè evidenti ac certa non potest non ventila-
re, secundum eum nimirum certitudinis gradum, qui ab hominibus
sensuum ac rationis beneficio unquam obtineri potest, quem Author
tamen obscuritatem, periculum fallaciae, ac incertitudinem haud ex-
cludere putat. Ex quo jam porro consequitur: non minus firmum
assensum præbere possè mentem sibi relictam propositionibus spiritua-
libus, quam quibusvis aliis è lumine naturæ cognitis. Positâ enim ac cer-
tò cognitâ, per demonstrationem, nimirum propriissimè sic dictam, au-
thoritate Scripturæ Divinæ, ponitur quoque ac certò cognoscitur veri-
tas rerum spiritualium ratione veritatis suæ firmaq; adeò etiam fides ea-
tundem habetur absque speciali DEI gratia, vi nempe illius princi-
pii: Quicquid DEUS dicit, certissime verum est. Vel saltim non
minus firmus assensus in spiritualibus absque Spiritus S. gratia elici
poterit, quam in quibusvis aliis rebus ex adducta anteà ratione, sive
fallacem deinceps, sive certam ac tutam eam vocet author fidem.
Jam vero Scripturæ Sacrae hoc manifestè refragatur, utpote quæ à
naturalibus distinguit eo nomine spiritualia, quod animalis homo seu ^{spiritus}
menti sue relictus, horum non capax sit, imò ne possit quidem ea ac-
cipere, sive iis assentiri, I. Cor. II, 14. Neque est, quod quis sensu
Huettiano excipiat hic: Paulum loqui de assensu stabili, firmo ac omni-
bus numeris perfecto, talem enim perfectionem, ac firmitudinem,
qualem Author hic sibi imaginatur, in eo quoque assensu, qui in na-
turalibus est, haud reperiri, idem concedit: at S. Scriptura peculia-
rem quandam assentiendi spiritualibus impotentiam tribuit nobis, de-
que ea passim queritur. Ergo ne quidem tam evidens ac certa uti
in naturalibus, potest hic demonstratio institui: alias enim par ratio
B 2 esset

ellet assensū in utroque genere, naturalium ac spiritualium, ut poterit
quem demonstratio determinat ac specificat. Neque certè damna-
ta Pelagianorum hæresis, assensum, nescio quām firmum ac stabilem,
absque ullo respectu ad humanum illum, ejusdemque certitudinem,
verbo DEI præberi absque Spiritus S. gratia, afferuit, sed talēm pro-
fetō, qualem aliis in rebus naturalibus elici credebant, sensu præ-
eunte ac ratione, qua in re si decepti sunt, quod veteres utique Do-
ctores Ecclesiæ censuerē; quid videbitur de *Huetiana* sententia, quæ,
licet assensum, vi demonstrationis suæ elicītum, neget esse salutarem,
tam firmum tamen eundem esse debere simul præsumit, quam fir-
mus ullus aliis, è lumine naturæ profectus, esse potest?

XIIII.

Sed ponamus, quam longissime abesse hypothesin *Huetij* ab er-
rone illo: num vero demonstratio ejus, quam ex complemento vatici-
niorum instituit, ita comparata est, ut non minus certa sit, quam de-
monstratio quævis Geometrica? & si hoc obtinuit; an eadem illa de-
monstratio nihilominus obscura, anceps, fallax, ad veri notitiam male
fida & intuta, infinitis obsepta Philosophorum tricis & questionibus? Ni-
mirum scepticis ita videtur, qui, cum principia omnis demonstratio-
nis, sensum ac rationem, fallacia esse sibi persuadeant; nullum quoque
demonstrationis genus esse, quod non obscürum, anceps ac fallax
sit, pronunciant. Et ab hoc Philosophiae genere tantò minus Chri-
stianum abhorrere debere, afferit Author, quantò magis ea commen-
det gratiæ divinæ necessitatē ad fidem capessendam, quantòque fa-
cilius eam admittit, qui præjudiciis expurgatus & opinionibus liber
sit. Sed revera viam munit, qua inculti expeditius se Catholicæ
Religioni, quam vocant, mancipent, quo fine etiam ait in eadem
præfatione: *ea que omnium majori consensu admittuntur, pro clarioribus*
& certioribus esse habenda. Nimirum, si sensus & ratio nostra fallere
creduntur, tutius quis majori parti seu pluribus accedit, quam si ra-
tiones ipse expendat, quaæ quamquam luculentè subinde adpareant,
evidentiora tamen ac certiora erunt quaæ pluribus ita videntur, quam
quaæ uni vel alteri, ex antea posito principio. Sed ex eodem illo,
quod ait, *quaæ majori omnium consensu admittuntur, pro certiori-*
bus esse habenda, concludo: Pyrronica Sæcæ non adhærendum
esse.

esse, sed credendum potius atque existimandum: Benignissimum Nū-
men nobis dedit sensus: visum, auditum, olfactum, Gustum,
taetum, & præter hæc intellectum, eo fine, ut his recte dispositis, de
propriis objectis fidem habeamus: iis vero non credere, perinde esse
ac non habere. Horum sensuum mentisque beneficio quædam
evidenter ac certò nos percipere ac cognoscere, ita ut se res aliter,
quam nos sentimus ac judicamus, habere nequeat. Hæc totus ferè
orbis pro certis haec tenus habuit atque indisputabilibus, doctissimi
pariter ac simplices quivis consentiunt, nisi quod acuti quidam hinc
inde Philosophi præfæ sectæ placita revocaverunt, qui tamen ab
aliis haud minoris judicii viris sunt confutati.

XIV.

Jam vero. quod primò ponit *Huetius*, non minorem certitudi-
nem inesse *Demonstrationi* suæ, quam *Geometrica cuvis*, de eo quis
dubitare merito poterat. Ipse author ex Aristotele istam demonstratio-
nis assūmit descriptionem, quod sit *Apodixis*, quæ ex veris & primis, aut
ex talibus, quæ ex veris & primis quibusdam cognita sunt, constat, alibi
vocat immediatas propositiones & indemonstrabiles, non certè, quod
Demonstratio necessariò sit *Syllogismus formalis*, duabus ejuscemo-
di propositionibus constans, ut recte notavit Doctissimus *Neldelius*,
in tr. de *usu organi*, & ex ante posita descriptione patet: sed quod to-
ta demonstratio in ejuscmodi primis & indemonstrabilibus denique
subsistere debeat: Unde præclare *Hobbesius*: *Demonstrationem esse Syl-*
logismum, vel syllogismorum seriem, inde à nominum definitionibus usque ad
conclusionem ultimam. Elem. Phil. *Huetiana* autem demonstratio ne-
quaquam ex ejuscmodi principiis indemonstrabilibus constat, aut ad p. 46.
ultimam quandam ejusmodi conclusionem decurrit, in qua mens ac-
quiescat. Conclusio Authoris inter alias hæc est: *Libri V. T. sunt di-*
vinitus inspirati: cui hæc similis: Libri N. T. sunt divinitus inspirati. Principia seu axiomata, unde ejuscmodi conclusiones accessit, sunt
ista: *Omnis liber genuinus est, qui genuinus habitus est ab omnibus proxi-*
me & continuata serie sequentibus eum etatis. Alterum: *omnis histo-*
ria est verax, quæ res gestas ita narrat, uti narrantur in multis libris co-
etaneis, vel etati proximis, quæ res gestæ sunt. Tertium: *omnis Pro-*
phetia est verax, quæ prædictit res, eventu deinde completas. Quartum:
omniss

Omnis Prophética facultas à D E O est. Hęc principia vocat *moralia*, quae non minus certa sint ac *Geometrica* quævis. Neque tamen horum ipsorum axiomatum evidentiam ultimò ex semetipsis ac interiori eorum natura aestimari cupit, quin potius ab exteriori quodam principio eorum certitudinem arcessit, majori nimurum consensu. Sic enim ait: *que majori omnium admittuntur consensu, clariora accertiora esse; fastiduum est.* Nempe ita statuendum erat, quia, licet axiomata illa, rationi vera videantur; ratio tamen ipsa fallit: ut assensus fundamentum certius in plurimum consensu collocetur, ut præsumptio pro veritate axiomatum tanto major sit. Porro vero author ait: *Qui fidem principiis moralibus à me propositis detraheret, adhuc repertus est nemo.* Principiorum vero *Geometricorum* veritatem multos ait negasse, illa igitur his certiora esse. Nimitum omnem vim argumenti reducit in testimonium humanum. Quod hac ratione patet: *Quae apud plures fidem habent, ea evidenter sunt atque certa.* Atque axiomata supra posita apud plures fidem habent. Ergo ea sunt evidētia ac certa.

XV.

Quis vero non animadvertis, propositionem argumenti ita comparatam esse, ut multas instantias patiatur, adeoque ne quidem absolute vera sit? Rectus de D E O sensus, cultusque D E I ante Christum intra minimam orbis partem ferè conclusa fuit, Palæstinam. Arianorum hæresis totum ferè orbem sibi conciliavit, quarto seculo ac deinceps. Sub finem mundi paucissimi veritatem tuebuntur, ut docet Christi vaticinium. Paucissimi saepe præ volgo optimè sapiunt: nec res ratione caret, minima enim pars mortalium ad rerum causas indagandas veritatemque adcuratius sectandam nascitur idonea. Cæterum negari nequit, hoc argumenti genus à posteriori, ut loquuntur, haud exiguum illustrandi vim habere, probandique quodammodo, si præfertum interiore ac priore ratione quid prius sit demonstratum. Vocat autem Author ipse hanc argumentandi rationem *externam & adscitum admissum*, nec immeritò: sed adeò nec ex *primis indemonstrabilibus* argumentatur Author, quia consensus humanus vel plurimum hominum habet rationem, se priorem, veritatis, qua nimurum moti mortales consentiunt. Consensus autem indicium duntaxat quoddam veritatis ex-

tis externum est: tanto minus hic demonstratio est, nedum Geometrica,
eius conclusiones, uti plerique adcuratores statuunt Aristotelici, è causa
fluunt interna, quantitate nimirum. Videatur Neldelius c.l. Negat
id quidem Author, iisdem ferè rationibus adductus, quibus Gassendus
Exercit. paradox. Concedamus ei negativam, quam & ipsi Aristote-
lici non pauci tenent, attamen maxime evidentes sunt illæ, adeò lib. II.
ut præsentem Huetianam evidentiâ longè superent. At nec hoc P. 207.
largitur Author, ex adducta supra ratione, quod multis disputatio-
nibus illæ sunt obnoxiae. Atqui verò Disputationes aut diversæ
circa rem sententia nequaquam certa obscuritatis sunt indicia, magna
enim vis præjudiciorum est & affectuum in animos, adeò, ut sæpissime
circa sole clariora caligent. Etsi autem non omnes demonstrationes
Mathematicæ pari radiant luce, sunt tamen complures adeò evidentes,
ut non possit non iis assentiri, qui sensu & ratione prædictus est, v.g.
Vulgata ista Euclidea propositio: *Triangulum habet tres angulos aequales*
duobus rectis, adeò evidenter ob oculos ponit potest, ut non nisi
mente sensuque privatus de ea dubitare valeat, nimirum ratio pro-
positionis est, quia angulus externus, qui efficitur ex latere illius
anguli producti, æqualis est duobus angulis ejusdem trianguli sibi
oppositis. Tam certam verò ac evidentem Authoris demonstratio-
nem non esse, vel ex dictis jam constat, cum enim tam labile ac anceps
constituerit fundamentum, plurium nempe consensum, non potest
non nativæ velut imbecillitatis in principiis suis, particeps fieri
quicquid illo nititur.

XVI.

Etsi igitur expeditum sit, complures axiomatibus supra positis
assentiri mortales; conclusio tamen certior ac evidenter inde hatid
emergit, quam ipsum medium erat, *major* nimirum ipse *consensus*,
uti ostensum. Sed nec ipsorum axiomatum natura per se ita com-
parata est, ut conclusiones tam certas generare aptæ sint, ut aliter
se res habere per ipsa principia ista non valeat: Quin potius vero
duntaxat similes sunt, fidemque merentur historicam, quæcunque
promanant inde conclusiones. Ita nec primum nec secundum
et cetera, genuinus liber est qui talis &c. tam necessaria sunt quam hoc v. g.
Geometricum: *si. aequalibus addas aequalia, tota erunt aequalia*, illud
Arith.

Arithmeticum: Bis duo sunt quatuor, hoc Metaphysicum: Impossibile est idem simul esse & non esse. Hæc enim oculari nituntur inspectione, sensuali adeò perceptione ac summa quadam rationis evidentia: illud verò & ipsum experientia quodammodo quidem comprobatum est, sàpe enim sit, ut coævi testes non fallant: fieri tamen facile potest, ut fallantur aliquando ipsi, fallantque alios, vel quod res, de quibus testantur, non satis habent perspectas, vel quod veritatem profiteri genuinasq; rei circumstantias designare non semper licet, vel denique lucri cuiusdam honorisque studio. Quid, quod non raro etiam à coævis Scriptoribus ea quoque annotantur, quæ vel levi duntaxat rumore invaluerunt. Nonnulli Scriptores ocularem prætendunt inspectionem, aut ad alia provocant experimenta, quibus tamen fides non habetur, nec immerito. Non tamen, suam historiæ certitudinem constare negamus, quamquam summæ evidentiæ ac necessitati æquiparandam esse, prorsus inficiemur. Cæterum, quod continuatam seriem ætatum attinet, eam sàpissime fecellisse, infinitis ferè constat exemplis. *Simoni hæretico* continuata per multa secula traditio, statuam positam fuisse, afferuit, Romæ, quam tamen traditionem doctissimi quivis Viri haud immerito confutarunt. Historia de Joanna Papilla, postquam à Mariano Scoto tradita est, multis deinceps seculis invaluit, nunc tamen à cordatis quibusvis rejicitur: nisi quod *Rivetus & Bæclerus*, ille in *Critico Sacro*, hic in *Cesaribus*, non prorsus contempnendum pro ejus veritate attulerunt argumentum. Sic res se habet cum Henrici VII. morte & compluribus aliis. Sic & complura Scripta per multa secula pro genuinis à præstantissimis Ecclesiæ Doctoribus sunt habita, quæ nunc rejiciuntur ceu suppositionis, veluti *Oracula Sibyllina*, *Trismegisti* scripta &c. de quibus paßim *Critici*.

p. 117.

XVII.

Sed quid de postremo illo axiomate sentiendum, quò præcipius concludendi nervus redit in argumento *Huetiano*, hoc nimirum: *Omnis prophætica facultas est à DEO?* Nemo facile Christianus id negaverit, neque non extra Christianismi limites à multis id conceditur, nec sine ratione. Soli enim DEO futura quæque præsentia sunt, sic *Ezajas*: *Annunciate nobis futura deinceps, & Deos vos agnoscamus.* hinc rectè *Tertullianus*: *Idoneum testimonium Divinitatis veritas divinationis.*

tionis. Sed quod Author ait: *qui fidem principis moralibus à me propositis detrahbat, repentus est nemo, non concesserim.* Cicero de divinatione primo, postquam descripsisset divinationem prædictionem ac præsensionem earum rerum, que fortuita putantur, proponit illam sententiam sub persona Quinti: *Si Divinatio est, Dii sunt, & si Dī sunt, Divinatio.* Respondet verò: *Neutrum tam facile, quam tu arbitraris, conceditur, nam & naturā significari futura sine DEO possunt, & ut sint Dī, potest fieri, ut nulla ab ijs divinatio generi humano sit tributa.* Per integrum deinceps librum 1. pro ejusmodi Divinationibus disputat: *libro tamen secundo in adversam partem digreditur, itaque recte quidem Huetius: Academicorum more hæc proponere Ciceronem, quod ipse quoque sub finem libri 2. monet.* Sed cum adeò veritatem axiomatis *Huetiani* in dubio collocet, quid id notasse, juvat Authorem; Manifestè verò illustris *Baronius* judicium Ciceronianum libro primo de divinatione contentum approbat, addito, antiquioris se Doctoris suffragio: *Monachum enim quendam peste graviter decubentem, ad quem Episcopus, solatii explicandi causa, accesserat, prædixisse refert, se & omnes, qui ab ipso illo Episcopo in festivitate Paschali baptizati essent, celeriter morituros esse, id quod etiam factum sit, eodem adhuc die.* Subjungit *Baronius*: *Gregorium in Dialogo multa ejusmodi exempla collegisse, addit deinde Ciceronis judicium Gregoriique hoc suffragium, fieri utique posse, ut morientes futura prædicent, sive per revelationem, sive quod è materia emergere jam egressa anima inchoantes prælibare quadam possint de his, qua vinculis soluta carnis intelligent.* Et verò, quando Prophetia dicitur prædicatione futurorum contingentium, obscurum etiam est, an non hoc illo vero causæ nexus pateant, nec facilè prædictiones è conjectura vel certa scientia emanantes distinxeris, veritas enim illarum non nisi ex eventu patescit, eventus autem non est certum indicium notitiæ in eo qui prædixit, possunt enim ea, quæ eveniunt exquisitissime, tam per memram conjecturam prædicta esse, quam ex certa notitia, ut *Cicero* quoque ostendit l. c. Poterant autem plura è gentilibus colligi, si prælens institutum pateretur.

Tom.
VII. Hist.
Eccl. ad
A. C.
590.

XVIII.

Sed ponamus quoque: Axiomata Authoris verissima esse non modo

C

modo, sed & certa prorsus & evidētia non minus, quam mathematica, aut alia quævis, simili claritudine nixa, horum tamen applicatio quoque minus expedita est. Ostensurus enim Author, Libros N. T. genuinos esse, vi nempe primi axiomatis: *liber genuinus est, qui genuinus habitus est ab omnibus proxime, & continuata serie sequentibus eum atatibus*, nec merè genuina, & authoritate digna adfert testimonia, nec cœva. Primo remittit ad *Eusebium*, quattuor Seculi Scriptorem, testaturi de scriptis primi seculi. *Clementem Romanum in Epistolis ad Corinthios manifesta testimonia è Mattheo adferre*, ait. Atqui unam duntaxat genuinam agnovere veteres pariter ac recentiores quivis, *Eusebius* unam duntaxat laudat, alteram veteribus usitpatam esse negat. *Abraham Scultetus* à veteribus unam esse reprobata scribit. In ea verò, quam emunctioris nasi critici approbant, quamque *Junius* edidit, ac *Maderus* deinde commendavit, nihil tale comparat, ut *Huetius* putat. In Epistola quoque, *Barnabæ nomine extante*, aliquid ex *Matthæo* depromptum esse, ait, sed cum Barnabæ illam esse quæ circumfertur, asserere certò nequeat; quis novit, unde originem illa habeat, veteres inter Canonica illam haud retulerunt. Laudari præterea inquit, Matthæum ab *Ignatio, Polycarpo, & Papia Hierapolitanō*. atqui nec *Ignatij* Epistolæ sunt indifferenter genuinæ, nec *Polycarpi* Epistola, quæ circumfertur spiritū ejuscemodi est, ut *sedulum ac præstantem* *Johannis discipulum*, ejus Authorem esse, probabile sit, notante rectè *Riveto* in *Crit. S. de Papia* vero *Hierapolitano* jam *Eusebius* notavit: *Eum esse virum, modico judicio præditum, & quamplurimus posse Ecclesiasticis Viris causam erroris dedisse: fabulosarum præterea ipsum arguit relationum.* Reliquos deinceps testes quod attinet, quod remotiores à Scriptorum Sacrorum ætate sunt, eò difficilius in præsenti causa admittuntur. In universum vero Adversarius notabit: Testes hos ipsos Christianismo addictos fuisse, unde non minus dubia ipsi authoritas eorum, quam Religionis Christianæ videbitur. Quæ deinde exterorum adducit testimonia, ad quædam duntaxat, non omnia, in libris N. T. contenta spectant. Denique verò, quando ad ipsarum *Prophetiarum complementa* descendit, collationemque V. & N. T. instituit, in ejuscemodi se campum demittit, in quo jam pridem Judæi pariter ac Christiani decertavere, illis vaticinia de Messia ad JESUM nostrum pertinere adhuc dum negantibus, his vero.

verò idem constantius afferentibus: quæ res una facit, ut non possit
non *Huetius* nobis largiri, etiam hac parte certitudinem ac evidentiam
argumento deesse. Atque ex his ita summam duntaxat &
~~et nos~~ *annotationes*, de reliquis quodammodo judicari potest, ut
ad eò vix credibile sit, *Huetij* demonstrationem, à vaticiniis desump-
tam, tam certam ac evidentem esse, quam geometricas aut evidentes
quasvis: aut certiorem quoque illis, ut ipse supra voluit. Cæterum
præstantissimo operi *Viri summi* atque doctissimi haud quicquam
derogamus, quin potius admirabile *Ingenium*, ingens studium ac
lectionem veneramur. opusque ipsum magnam Lectoribus utilitatem
adferre posse, sumus persuasiſſimi. Quemadmodum nec ipsi argu-
mento à vaticiniis petito, aliisve similibus criteriis suam probandi
vix movendique animos denegamus, quin potius existimamus: eum,
qui fundamentis ejusmodi, ad lectionem Scripturæ S. peculiaremque
ejusdem estimationem commoveri se haud patitur, imprudentem
non modò, sed & temerarium, suoque modo pertinacem meritò
reputari, quod in gravissima causa rationes tam egregias omnino
negligit, cum aliis, nequaquam tanto pondere nixis adſtipuletur.
Quod si etiam quis *demonstrationis* vocem in hoc argumenti genere
fano sensu adhibeat; nequaquam refragabimur: cum præterim,
quanto accuratius illud tractatur ac proponitur, tanto magis animos
collustret atque percellat. Nec, si primum demonstrationum gra-
dum istud haud contingat; propterea illarum numero censiue peni-
tus erit excludendum.

XVIII.

Firmū tamen *demonstrationibus* autoritatem Scripturæ persuaderi
posse, supra quoque afferuit *Illustris Conringius*. Non contendemus
cum exquisiti *Judicii* viro, sed, quem ipse magni semper aestimavit,
Collegam, B. Georgium Calixtum placide cum ipso committemus.
Hic enim in *dissertatione de Authoritate S. scr.* passim ab aliis Theolo-
gis, tum Argentinensibus, tum Tubingenſibus, tum Jenensibus
meritò commendata ita scribit: *Si fiat argumentum: Quicquid DEUS*
dicit & doces, verum est. Quicquid Scriptaris continetur, DEUS docet
& dicit, verum est. E. Si hujusmodi argumento facto minor evinci posset
evidentibus & è lumine naturæ ductis rationibus, vel irrefragabilibus
testimonio humanis, tum conclusio parem participaret certitudinem, Fides
C 2 igitur

igitur indubitate haberi posset absque peculiari intrinseca gratia & illuminaz-

9. 15. tione Divina, quod dudum communi consensu in Pelagianis damnatum est.

A. 1633. In eundem ferè sensum scribit idem in *dissert. de Ver. Rel. Chr.* Annis
habita tringita post illa, memoratus Dn. Conringius in allegata supra epistolas

S. s. postquam succensuisset illis qui negant, certò sciri posse; Sacram Scr.
veram esse, subjungit: *Haud ignoro, quid prætendi soleat.* Sequuntur
deinceps duæ prætensiones, quarum altera hæc: *quod gratia Divina
beneficium circa fidem salutarem obtinendam locus præcludatur, atque
Pelagi impiis sententijs accedi videatur, si demonstratione fides posset ex-
primi.* Ad hanc prætensionem respondet: *eam nihil esse, addita
ratione: quod nihilominus Divina gratia beneficio opus sit ad salutarem
fidem, plenam nempe certam ac stabilem.* Qui vero sic, annon demonstratio
huc sufficit? Minime verò ex parte demonstrationis culpa est;
sed præjudicia & malignos affectus prohibere ait, & impedire talem fidem;
nec nisi levem admittere. Videri potest *Calixtus* quodammodo præve-
nisse, quando c. l. sic scribit: *Animus-humanus sibi relictus per naturam
suam evidenti demonstrationi non valet reluctari, sed cedere & locum dare
compellitur.* Superat nimirum ipsa claritas præjudicia & affectus;
eosque compeseuit, tenebrasque veluti disspellit: Enim verò, sicut
id quidem dubio caret, quod ea, quæ in summo gradu evidentiæ
sunt, præjudicia saltem plerumque subigant, ac, affectibus nequic-
quam obstantibus, ad assensum determinant, ita tamen fieri potest
facile, ut quid evidens sit ac certum, morali quadam & ordinata
evidentiæ, (quam *Conringius* hic intelligit) ut tamen intellectus non
convincatur, ob præjudicia, quæ pertinacius animo inhærent. Vicissim
autem impossibile non est, ut etiam ea, quæ moraliter evidentiæ sunt
ac certa, locum inveniant, frustra refragantibus præjudiciis & affectu-
nam qui judicio pollet, beneficio evidentiæ demonstrationis ab illis
se liberare potest ac vindicare. Posito itaque, autoritatem S. Scr.
sciri posse, aut firmis demonstrationibus persuaderi; assensus quoq;
vi illius demonstrationis aliquando præberi poterit, & cum demon-
stratio per se & natura sua specificet assensum, firma quoque demon-
stratio aliquando *firmus* habebit assensum. Atque sic per *Conrin-*
gianam hypothesis ad *firmum plenumque* assensum aliquando non
opus erit speciali DEI gratia, quod *Calixto* sufficerit. Quemadmodum
autem *firmitudo ac evidentiæ* demonstrationum suos habet gradus, ita
& assensus

& assensus: & cum Author non loquatur de demonstrationibus in
summo gradu firmis, fidem quoque in summo gradu *firmam* ac
plenam hic consequenter asserere non censendus est Author. At cum
fidem illam vocat *levem*; qui sit, quod demonstrationem, unde
talis fides dependet, *firmam* vocat? Nimirum, cum ex parte ipsius
demonstrationis *firmam* vocare posset, ratione *præjudiciorum levem*
vocat. Salva autem res esset, si Author *firmam* illa demonstratione:
(firmitudine nempe morali & ordinata,) nihil aliud intelligeret,
quam quod alii per argumenta probabilia. At si hoc; non posset
fidem firmam stabilem, omnibus numeris perfectam aut salutarem pro-
ducere, etiam sublati præjudiciis & affectibus, sed opinionem dunta-
xat. At talem generare potest per *Conringij* hypothesin, utpote qua
gratiam D E I specialem tantum ob affectus & *præjudicia* requirit.
Posit itaque quis credere: Doctissimum virum longe majorem
firmitudinem suæ demonstrationi tribuere, quam vulgo argumentis
probabilibus tribuitur, vel saltem existimare, *salutarem fidem* illam
demonstrationem posse producere, modò per *præjudicia* licet &
affectus. Atque adeò intellectui per se etiam extra internam Spiritus
S. operationem non deerit sufficiens lumen, ad salutarem firmumque
assensum eliciendum, quem *præjudicia* duntaxat & affectus impediunt.
Et cum firmitudo demonstrationis & rationum evidentia digna sint,
quibus *præjudicia* cedant, sola tamen voluntas obstabit & Affectus,
ne quis *præjudiciis* cedat, eique firmiter adhæreat, quod intellectus
ceu evidens adprehendit. quæ sententia ex illis porro illustratur, quod
Conringius ait, in iis maxime que ad mores & sanctimoniam pertinent,
difficillime quempiam veritati assentiri, affectibus nimirum abruptum &
virtio, quemadmodum insontinentes, quod Author ipse exemplum
adducit. Sic igitur omnis defectus fidei firmæ ac salutatis redundabit
in voluntatem & affectus. Atque ex horum adeò parte requiretur
tantum gratia specialis non vero ex parte intellectus.

XX.

Jam autem verus Ecclesia Pelagianis contradixit, non tantum
quod ex parte voluntatis ad conversionem gratia D E I speciali opus
esse negabant, sed & quod ratione intellectus illuminationem specialem
Spiritus S. ad assensum eliciendum firmum ac salutarem haue requireris
asserentes.

IV. part. affererent; uti adcurate ostendit **Gerardus Joh. Vossius** in *Hist. Pelag.*
I. An-
tim. p.
413. *Antiquitas docuit adversus Pelagianos: Intellectui fundamentaliter ac remate
tantum potentiam in ordine ad actum credendi, passivam inesse, quatenus
nempe natura hominis est capax virtutis, qua credere possit.* Per hypo-
thesin **Conringianam** autem intellectui potentia propinquia activa inest
verbo DEI assentiendi. Veteres docuere: *Fidei actum sic esse ab
intellectu, ut non sit ex viribus naturalibus, sed ex lumine gratie per quod
intellectus ad credendum elevatur: ut Vossius docet l. c. Ex Conringij
vero sententia, fides salutaris ex parte intellectus non est ex lumine
gratiae, utpote quod impedimenta tantum removet, præjudicia nempe
& affectus; at impedimenta tollere, non est vires ad assensum con-
ferre: imo ipsius subinde naturæ opus est, præjudicia compescere
& affectus in tantum amovere, ut assensum evidentiæ debitum non
impediant. Ecclesia hæc tenus docuit: Intellectum opus habere illu-
minatione, per **B. Conringium** illuminatione non adeò erit opus, quia
lumen per naturæ vires beneficio demonstrationis in intellectu jam
est, quod ut actu luceat, non nisi amotione præjudiciorum & affec-
tuum opus est. Qui lucis impedimenta removet, non ipse illumi-
nat. Sol concclave illuminat, non is, qui januam aut fenestram ape-
rit. Quomodo igitur Spiritus S. illuminare dicitur intellectum, si
impedimenta duntaxat tollit, præjudicia & affectus.*

XXI.

Atque adeò nec cum Scriptura facile conciliabitur **Conringij**
sententia, utpote quæ nostram infirmitatem ita prædicat, ut homi-
nem menti suæ relictum vocet **tenebras, mentem obtenebratam**, Eph.
IV, 18. V, 8. non certe propterea tantum, quod natura non noget arti-
culos fidei, & eorum rationem internam dignoscere nequeat, ut patet
ex opposito, *illuminatione* nimis, utpote per quam non fit, ut fidelis
mysteriorum naturam introspicere ac judicare valeat, neque illi
dicuntur illuminati, qui mysteria in S. Scr. proposita quodammodo
norunt, alioquin infideles illuminati rectè dicerentur, quod Scripturæ
stilo repugnat, itaque per tenebras obscuratamque mentem ea
potius imbellicitas naturæ imprimitis innuitur, per quam mysteriis
fidei firmiter ac salutariter assentiri non licet. *Quod Paulus* lucu-
lentius explicat, I. Cor. II. dicens: *Animalem hominem non capacem
esse*

esse corum, quæ sunt Spiritus, nec posse ea accipere aut iis assentiri, quia spiritualiter sive per Sp. S. gratiam dijudicantur. Hinc ex altera parte Scriptura eadem Gratiam DEI prædicat. Illuminatos oculos mentis dare Patrem scribit Paulus Eph. I. 8. Cor à tenebris ad lucem convertere Act. XXII, 18. Atque hinc illud quoque in dubium meritò vocatur, quod Conringius ait: *q̄s maxime qua ad mores spectant, difficulter assensum præberi.* Sublimioribus certè mysteriis difficultius assentimur, sed quia per Conringianam sententiam assensus difficultas redit in voluntatem & affectus, his præcipue assensum denegare homines, putat Author. Ubi tamen haud absurdè distingui putarim inter ipsum assensum & praxin ab assensu quodammodo dependentem, potest certè fieri, ut quis firmiter adhæreat assensur, in hac illave doctrinae moralis elicito, attamen ipse praxi longe alium se exhibeat, atque in Intellectu de re sentit. Incontinentes firmum assensum huic propositioni præbere possunt: *Continentia est virtus;* non obstante incontinentia in affectu & vitio posita. Tutijs itaque fuerit, Scripturæ præterea & Antiquitati convenientius, si dicas: Scripturam à D E O esse, doceri posse probabilibus argumentis, quæ fidem aliquam humanam & assensum non tam perfectum, quam aliás evidentes demonstrationes generare possunt, efficiunt: eō tamen profuturum, ut infideles honestius de Religione nostra judicent, inducanturque ad horum librorum, tam egregiis præ aliis criteriis eminentium lectionem. Fatemur autem, ad prorsus firmum & salutarem assensum utique opus esse Spiritus Sancti gratia ac illuminatione de qua, secuturā, si D E U S volet, meditatione. De cætero Judicium ~~re~~ ^{re} magis
Conringij, propterea, quod hic in Epistola, ad Amicum præsertim, liberius scripsisse nobis videtur, nequaquam in arguendo sacro contemnimus, quin potius egregiam, adversus Pontificios in primis, attulisse scriptis suis operam, sumus perswasissimi. In iis verò, quæ vel ad civilem prudentiam vel ad Historiam Patriæ, Germaniæ, alias eleganter spectant literas, laudes Conringianas hic instituere, esset soli scenerari lucem: neque præsentis loci foret ac instituti.

Corolla-

COROLLARIUM.

B. Dannhamerius, eo loco *Hodosophie* suæ, quo de divina S. Scripturæ origine agit, *Inspirationem divinarum rerum, ratione humana superiorum ab inspiratione earum, quas vel visu vel auditu accepere Scriptores Sacri, ita distinguit, ut, illas de novo revelari, his verò consignandis divinam moderationem accedere, scribat.* Sed & B. Hulsemannus in *disp. de Veteri & Novo Testamento* notat: *scriptores sacros in conscribendis ijs, que oculis usurparunt &c. novo afflato opus non habuisse, nec nova propositione & representatione, sed confirmatione tantum & gubernatione.* Quod ibi per moderationem, hic per confirmationem & gubernationem explicatur, id B. Musaeus expressius describit per *Suggestionem conceptuum rerum scribendarum omnium eo ordine, quo literis consignanda sunt eundem in modum, quo Amanuensi dictantia voce suggeruntur:* Quæ ipsa suggestione etiam moderationem quædam, confirmationem & gubernationem est Scriptoris in scribendo: quamquam & is moderari, confirmare & gubernare scriptoriam dicatur, qui, licet dictator non sit, tantam tamen curam adhibet, ne in scriptione subrepatur error. Qua in moderatione & assistentia DEI si quis explicando subsistit; certitudini equidem Scripturæ nihil derogat: sed rem ipsam quod attinet, de ea uberiori tractantes videri possunt Theologi, tum supra allegati tum alii in *L. de S. Scr.* ubi de formalitate causa principali s. s. agunt; neque enim præsentis instituti est, hac de re prolixius agere, diversæ sententiæ seu explications, quales nobis videantur, operiosius explicare: quamquam in ipso colloquio sententiæ nostræ rationes exponere, si quis id à nobis postulaverit, non refragabimur.

FINIS.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn787861782/phys_0033](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787861782/phys_0033)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn787861782/phys_0036](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787861782/phys_0036)

DFG



JUSTIFICATIONE.

57

astico vel Pontifici competit jus remitten-
potestativum? A. utrumque contra Pontifici-
onis materia, vel id quod nobis donatur in *De Materia*.
quo Justi denominamur, sit ipsa Justitia
butum Dei esse entale? N. contra *Osiandrum*.
Justificationis materia, adeoque justificet in
oluto & ratione sui ipsius, ut ipse credendi
ojustitiae; non quidem quod talis sit in se,
ilis talis censeatur per acceptilationem: An
stificationis *instrumentalis*, cui tribuatur hic
tum organico, relativo & objectivo, quatenus
prehendit & applicat subjecto? N. prius:
cin, & Remonstrantes.
justificet tum dispositivè & meritoriè; tum ma-
rè ut justitia inchoata? N. contra Pontifici-
ria Justificationis sit Obedientia novæ vitæ,
stitia per gratuitam acceptilationem à Deo
ntra Socin. Anabapt. Remonstr. Coincidit: An
Deo consistimus, in imitatione Christi sita
elian.

Satisfactio & Obedientia, quâ Justitiæ
s; iuri nostro loco satisfecit, sit causa materia-
An verò Beneficium hoc, tum Remissionis
lonationis vitæ æternæ, nobis contingat ex
icordiâ & gratiâ, citra satisfactionem? A.
contra Socinian.

satisfactio Christi pœnalis, quâ, pro peccatis no-
tione, comminationi illius satisfecit, sit Ju-
materia, sive perfecta nostra ad salutem ju-
satisfactio ipsius obedientialis, quâ, tum in reli-
gassione suâ, Legis mandata perfectissimè
omni Legis rigori nostro loco satisfecit, sit
quidem, sed naturâ tamen, ab alterâ distin-
Justificationis nostræ? Aut, an hæc Obe-
ant, activa sit istius Beneficii causa tantum

H

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.